



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri Theologi, Institutioes Morales

In Quibus Vnivers[a]e Quaestiones ad Conscientiam recte aut prauè
factorum pertinentes, breuiter tractantur

Azor, Juan

Coloniae Agrippinae, 1612

8 Quinam fructus pignoris sint in sortem computandi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14014

rebus Ecclie alienam. vel non alienam. & Authen. De non alienan. rebus. Ecclie §. Nos igitur.

Quot, & quæ obligationes ex pignore oriuntur.

CAPVT VII.

OBLIGATIONES ex pignore duplices oriuntur. Alæ pertinent ad debitorem, qui rem pignori dedit: aliæ ad creditorem, qui suscepit.

Ex parte debitoris prima obligatio est? Ne rem vni creditori oppignerat. in pignori det alteri, hoc autem intelligitur eo modo, quo dixi cap. superiori.

Secunda obligatio debitoris est, vt soluat omnes impensas, quas creditor fecerit in conferuando, & tuendo pignore, ne pereat, neue deterius redderetur. *l. Si seruos. ff. de pigno. act. l. Si necessarias ff. eod. tit. & docet. Glos. in c. de pigno. in Summa, & Glos. in c. 1. de V. s. a. At verò impensas voluntarias à creditore in pignore debitor soluere nullo iure compellitur. Glos. & Bart. in l. Si seruos, super allata. Quæ res, soluere ne debet vtiles impensas, quibus utempe pignus redditum melius, & pretiosius est? Glos. Bernar. in cap. 1. de V. s. inuit non esse soluendas, quia nemo cogitur rem suam meliorem facere. Sed alii affirmant esse soluendas, dummodo immoderate non sint, quas videlicet debitor, quia pauper est, soluere nequeat: quia pignus eo ipso, quod est factum melius, vtilius est debitori. Deinde, pignus est contractus quidam gratia creditoris, & debitoris, ergo emolumenta pignoris non solum sunt gratia creditoris, sed etiam debitoris. Ita Silu. verb. Pignus. q. 73. & Ang. eod. verb. nu. 13. & Glos. in l. Creditor 2. C. de pignor. actio. & Bart. in l. Si seruos supra citata, & Glos. in eadem lege.*

Tertia debitoris obligatio est, vt pignus repetere non queat, quousq; integrum debitum soluat. Nec sufficit, si soluerit ex maiori parte: potest enim creditor retinere pignus pro minima etiã parte foris. *l. quamdiu. C. de distr. pigno. & l. Debitoris. C. debitorum venditionem impedire non posse. & l. solum §. si creditoris ff. de pignor. act.*

Sunt quoque ex parte creditoris obligationes quinque. Prima est obligatio, vt creditor curet, ne pignus pereat, aut deterius fiat. Cogitur enim damna pignoris compensare. *l. Si cum venderet. §. Vnus autem ff. de pignor. act. l. Prator. §. Præterea. ff. de bonis auct. Iudicis possiden.*

Secunda obligatio, nequit creditor vt pignore, nam alioqui furti actione tenetur. *l. si pign. ff. de furtis. & Inst. de oblig. qua ex delict. nascuntur. §. Placuit.*

Aut verò sint aliqui casus, in quibus pignoris vltus creditoris permittatur dubium est. Respondo esse aliquot casus, & primus quidem is est, quando vtitur creditor pignore in gratiam debitoris ne videlicet ex toto, vel ex parte pereat, vel deterius fiat. *l. Creditor ff. de pigno. vbi conceditur, vt creditor locare queat prædia, sibi iure pignoris obligata, quia prædia solent reddi meliora cultura. Secus est in re mobili, vt Inst. de obligat. qua ex delict. nascuntur. §. Furtum. Parit ratione domus hypothecæ supposita potest locari, quia ædificia, nisi habitentur, deformantur. Secundus casus, quando vltus rei nullo pignus afficit incommodo, nec est creditoris expressim interdictus: vt si pignus sit vas argenteum, & semel, aut etiam bis creditor ad conuiuium vtratur, nam bona fide creditur debitor in eo consensurus, vel id permissurus, vt notatur in cap. Dudum 2. de elect. Tertius casus, quando vltus pignoris talis est, vt gratis, & liberaliter inter amicos concedi soleat: tunc enim debitor probabiliter creditur: eadem vltus ratum habiturus. *l. hom. 2. c. 2. q. 4. 78. art. 1. ad. 6. vt patet in lib. pign. dato.**

Tertia creditoris obligatio est, vt refarciat damna pignoris, quo vltus est. *l. Creditor. C. de pignor. act. & l. Eleganter. §. Es tres. ff. de pignor. act. vt si res oppigneratas male tractauit, si ancillam prostituit, vel aliud improbatum opus facere cogitur, vel iussit: si seruū, vel equum debilitauit. Secus esset (vt in ea lege habetur) si seruam ob maleficia sua*

Inst. Moral. Par. 3.

coercuit, vel vinxit, vel Præfidi, aut Magistrabus obrulit.

Quarta obligatio creditoris est, vt compute in sortem, hoc est, in partem solutionis debiti, omnes fructus, quos ex pignore percipit, & consumpsit, & si qui præterea alii superfluit, deducere, ac restituere. *l. Creditor. l. vlt. C. de pigno. act. & l. Si pignore. ff. eod. tit. & l. Fundum. C. de distr. act. pigno. & l. Si dominum. C. de pignor. & cap. 1. de vlt. & facit ad hanc rem Glos. in verb. Fructus, prope finem, in cap. Grauis, de restit. spouat.*

Quinta est obligatio creditoris, vt integre sibi soluto debito, pignus creditori restituat: hoc enim ex ipsa pignoris substantia, & natura provenit. Pignus enim datum est creditori id, vt sibi retineret, donec debitum integrum solueretur, vt infra clarus elucelcet.

Quinam fructus pignoris sint in sortem computandi.

CAPVT VIII.

PRIMO queritur, An creditor computare debeat in sortem fructus pignoris, quos debitor alias non erat percipiturus, nec percipere cogitabat. Vt exemplis: loco pignoris creditor habet agrum, qui negligentia debitoris, sterilis effectus erat: ac negligentia creditoris, si uel omni quota annis reddere solitus est. Similiter data est nomine pignoris creditori domus, quam debitor locare minimè conueuerat. Sed creditor locat eam quota annis, & pretium ex locatione percipit. Ita etiam equus loco pignoris acceptus negligentia, vel insuetudine debitoris indomitus erat, & proinde inutilis: sed arte, & industria creditoris mansuetus iocari solet. Queritur iam, an huiusmodi fructus cedant in sortem. Sor. lib. 6. de iust. q. 1. art. 2. ad fin. ait: Quando ager datus in pignus, est per se sterilis, sed industria, & diligentia creditoris excuitus fructus edit. non cogit creditorem secundum conscientiam in sortem computare: præsertim quando fructus non sunt magni, aut multi, secus verò esse, si vberes, & copiosi sint. Quando verò ager non est sterilis per se quidem, sed negligentia duntaxat, & incuria debitoris, tunc creditor cum sorte eiusmodi fructus cogit computare. Probat Sotus, quia quando ager est sterilis per se, fructus, quos inde percipit creditor, non veniunt ex agro, sed ex industria creditoris: quemadmodum is, qui depositos nummos suscepit, si ex eis iuctum acquirat, minimè cogitur restituere, quia id lucrum non ex pecunia, sed industria hominis provenit. Item, dominus pignoris nullus erat fructus percipiturus, ergo damno non afficitur, si fructus sibi creditor retineat. Accedit, quod debitor cum pignus dedit creditori, cessasse videtur iure percipiendi fructus, quos ipse colligere non consueuerat. Postremò, possessor malæ fidei, iure compellitur restituere fructus non tantum perceptos, sed etiam eos, quos nunquam dominus percipisset, at bona fidei possessor solum fructus perceptos. Nauar. in Manuali cap. decimo septimo. n. 216. eos quos dixi fructus censet esse in sortem computandos, quia sunt fructus rei pignori data: possessor tamen creditorem sibi retinet tantundem quantum eius industria, & diligentia meretur. Hæc sententia est vera, & vt ait Nauar. illa Soti quam supra exposuimus opinio, tuta non est. Nec obstat, debitorem eos fructus percipiturum alioqui minimè fuisse: quoniam saltem sunt fructus rei, & tales fructus domino debentur. Nec impedit, quod dicit Sotus, debitorem nullum damni pati, & iustitiam, quippe qui nullos fructus ex suo pignore percipisset. Hæc enim obligatio, qua debet creditor fructus in sortem computare ex ipsa re descendit: sunt enim ipsius rei fructus ac proinde debitori reddendi: non est autem idem ius de deposito pecuniario, vt obicit Sotus, quia pecunia per se sterilis est, nec fructus facit, nisi accedat hominis industria. Et ideo, cum quis ex pecunia apud se deposita lucrum comparat, suum efficit, quia est suæ industria, non pecuniæ fructus.

Cc

Hinc

Hinc licet intelligere, quid sit dicendum, quando creditor sua industria, & diligentia multo plures, & maiores fructus ex pignote percipit, quam pignus apud debitorem reddere solum fuerat. Eos enim fructus computare in sortem cogitur creditor, cum omnes sint fructus pignoris: semper tamen potest deducere, quantum suæ industriae, & diligentiae debetur.

Secundò queritur, An creditor debeat in sortem deducere fructus pignoris non solum perceptos, sed etiam percipiendos, hoc est, quos ipse idem creditor, adhibita diligentia percipisset?

Dux sunt opiniones, quarum prima negat esse in sortem computandos, eam sequitur Hostien. in Summa tit. de pignor. nu. 9. vers. Sed numquid creditor. Anton. in cap. Cum contra, de pignor. Ratio eorum est, quia nusquam ius Canonicum habet, ut fructus percipiendi computentur. Nam cap. i. & cap. Quoniam. & cap. Congestus, de usur. his, inquam, in locis solum legimus, fructus perceptos computari debere. Adde, quod creditor est possessor bonæ fidei, hic autem solum debet restituere fructus perceptos, cum contra, possessor malæ fidei & perceptos, & percipiendos fructus reddere ipso iure compellatur. Insuper æquum non est, ut creditor necessario soluat fructus, quos nouit percipere, quia industriam suam, & curam in ea re collocare sua sponte recusauit; alioqui enim cogetur reddere fructus plures, & maiores, quos maiori industria, & diligentia posita collegisset.

Affirmat secunda sententia, eos etiam fructus esse computandos, quam multi probauerunt, Glossa in primis, & Io. Andr. Calder. & Panorm. in cap. Cum contra, de pignor. Ang. in verb. Pignus nu. 12. Rosel. nu. 8. Silu. quest. 11. Armil. nu. 6. Nauarr. in Manuali. cap. 17. nu. 216. Et hæc opinio magis ad veritatem accedit, & magis cum ipso iure congruit. Nam in l. Creditor. C. de pignor. actione maxime habetur, ereditorem computare fructus debere, quos percipit ex pignote, vel percipere debuit. Item dicitur in l. Cui pignoris. C. de partu pign. & omni causa.

Verum dubia quaestio est, quinam sint huiusmodi fructus computandi, hoc est, An fructus, quos creditor dolo latae culpa percipere desinit, an verò ii, quos leui sua culpa non percipit? Respondeo, in hoc consistere duas præfatas opiniones, omnes enim auctores in hoc vno consentiunt, debere ereditorem in sortem computare fructus, quos dolo, vel lata culpa sua non collegit. At dissentiunt in eo, quod Hostienus putat non esse in sortem computandos fructus, qui ex leui culpa creditoris percepti non sunt; at ceteri auctores volunt eos etiam fructus in sortem computandos. Atque hæc est probabilior opinio: quia, ut pollice dicemus, creditor tenetur non solum ex dolo, & lata culpa, sed etiam ex leui, quamuis non ex leuissima, quia contractus pignoris est gratus utriusque, creditoris, & debitoris, & ideo fructus, quos ex leui sua culpa non cepit, et in sorte computare debet, non tamen eos, qui ex leuissima culpa percepti non sunt.

Tertiò queritur, Quid sit dicendum, quando creditor habet domum debitoris sibi pignoratam, in eaque habitat, quam pensionem debeat in sortem computare, eam ne, quam ipse soluisset pro domo, quam alioqui conducturus erat, an verò eam, quam accepturus fuerat ab alio conductore, cui domum illam locasset?

Dux sunt opiniones. Prima, eam pensionem affirmat computari in sortem debere, quam ipse creditor soluisset pro domo, quam conducturus erat ad habitandum: ita Speculator, tit. de pignoribus. §. 2. & Glossa in l. Si is, qui vna. ff. de pigno. Negulant. tract. de pignor. par. 1. memb. 5. num. 7. Ratio eorum est: quia creditor, nisi habitasset in domo sibi pignori data, fuerat aliam conducturus ad habitandum: ergo debet in solutionem computare pensionem quam soluisset pro domo, quæ ad habitandum erat conducturus. At Panorm. cap. Cui contra de usur. Silu. in verb. Pignus, qu. 2. Ang. eod. verb. nu. 13. sententiam debere in solutionem computare pensionem, quam accepisset ab alio, cui eam domum locasset. Id

probat Panorm. ea ratione. Quia satis est, inquit, si soluat pensionem, quæ solet ab aliis conductoribus solui: non enim est creditor deterioris conditionis, quam quilibet alius conductor. Ergo quemadmodum si creditor alteri domum locasset, cogetur eam pensionem, quam accepisset ab illo, soluere: sic etiam si creditor retineat sibi domum, non tamen pignoris acceptam, causa habitationis sufficit, si soluat pensionem conluetam. Et hæc sententia videtur probabilior. Sed quid si creditor nullam domum conducturus erat habitandi gratia, cum propriam haberet, & nihilominus voluit in domo sibi oppugnetata habitare, debet ne pro soluta habere eam pensionem, quam accepisset, si eam domum alteri locasset? Quid in respondenti, non esse eam pensionem pro soluta habendam, quia in nihil lucr. fecit creditor ex eo, quod habitauit in domo sibi oppugnetata. Ego tamen dicendum existimo, eam pensionem esse computandam, quia, ut dixi, creditor cogitur fructus pignoris restituere, quos ex dolo, vel culpa lata, aut leui non percipit percepturus alioqui: ergo cum adessent alii conductores, quibus posset eam domum locare, sibi in putet: quod eam minime locauerit. Unde nihil refert, quod domum propriam reliquerit, siue aliis commodando, siue mercede locando: sed quid si nullus ad sit, qui eam domum loco pignoris acceptam conducere voluerit, & ideo creditor habitauerit in ea, ne deformaretur abiq; habitatore relicta? Respondeo, nihil tunc temporis restituere eum debere, quando diligentia, quam debebat adhibita, conductorem non inuenit, quamuis inuenit, qui propriam ipsius domum conducere: licet enim potest, ut domus propria conductoris, tanquam commodior, aut in commodiori loco sita, conductores habuerit, quibus caruerit domus loco pignoris acceptæ.

Quid si creditor oppugnetatam domum alteri locauerit minori mercede, quam potuisset accipere à conductore? Respondeo, si alius conductor maiorem pensionem offerret, cui creditor noluit domum locare, eam debere pensionem soluere, si id fecit dolo, vel culpa lata, aut leui, non tamen si ob iustam causam, & bonam fidem fecit. Si vero nullus alios conductor maiorem mercedem offerret, tunc licet sit, si in sortem computet eam pensionem, quam accepit à conductore: secundum eam estimationem, qua conducti, & locati passim domus solebant ad habitandum.

Quibus in causis fructus pignoris in solutionem minime computentur.

CAPVT IX.

IN iure Canonico assignantur quedam causæ, in quibus creditor minime cogitur fructus pignoris in sortem computare. Glossa in Congestus, de usur. lex, septemue causas enumerat, & Panorm. in eo cap. ad 12. extendit. Sed tenent omnes illæ causæ ius commune continent, non speciale, quia ratio eius, quod interest creditoris, fructus pignoris retineri queunt, nec domino debentur. Vnde tres tantum speciales causas referemus.

Prima causa illa sit. Quando maritus pro dote uxoris sibi promissa, loco pignoris recipit prædium, fundum, vel domum, vel aliam rem, ut ex ea fructus colligat, donec promissam sibi dotem accipiat, huiusmodi fructus facit sub mortuis, nec eos cogitur in sortem computare. Ita est definitum in l. Pater. ff. Doli, mali, & met. excepti. & in c. Salubriter, de usur. de qua re multa apud Ang. usur. l. nu. 25. de eadem re. Rosel. eod. verb. nu. 23. Siu. usur. 3. q. 2. & seq. Arm. eodem verb. nu. 22. Gab. in 4. dist. 15. q. 11. ar. 2. concl. 4. Maior eodem lib. & dist. q. 31. vers. Tertius casus. Almain. item in 4. 1. ad. dist. quæst. 2. Actian. in 4. de restit. q. de usura §. Sed dubium. Contrad. de contract. quæst. 35. concl. 7. Medi. de reb. per usuram acquis. quæst. 2. §. Ad cap. Salubriter. & quæst. 3. vers. Prima igitur. Sanctus Antoninus par. 2. tit. 1. ca. 7. §. 32. vers. §. Queritur etiam. Caieta. 2. 2. quæst. 78. ar. 7. ad 8. Sotus lib. de iusti quæstion. 1. ar. 2. ad 2. Nauarrus in com-